



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Theologia Moralis, Seu Resolutio Casuum Conscientiæ**

Juxta Sacram Scripturam, Canones, Et Sanctos Patres

Continens Tractatus de Sacramentis in genere; de Baptismo, de Confirmatione, Eucharistia, Sacrificio Missæ; Constitutionem Innocentii XII. super celebratione Missarum, variaque alia decreta

**Genet, François**

**Parisiis, 1703**

Q. 1. Quænam est forma hujus Sacramenti?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40834**

66 TRACTATUS II.

parentum. Et ideo contra justitiam naturalem esset, si tales pueri invitatis parentibus baptizarentur, sicut etiam si aliquis habens usum rationis baptizaretur invititus: esset etiam periculose taliter filios infidelium baptizare; quia defacili ad infidelitatem redirent propter naturalem affectum ad parentes. Et ideo non habet hoc Ecclesia consuetudo, quod filii Infidelium, invitatis parentibus, baptizentur.

CAPUT III.

De forma Sacramenti Baptismi, & de Baptismo sub conditione.

Quæst. I. **Q**UÆNAM est forma Sacra-  
menti Baptismi?

Resp. Verba formæ Sacramenti Baptismi  
Cap. Firmiter, sunt. Ego te baptizo in nomine Patris, &  
De summa Filii, & Spiritus sancti, ut patet ex Concilio generali Lateranensi, relato in tit. de summa Trinitate, & ex Tridentino sess. 7. Can. 4. de Baptismo. Id autem nos docuit Christus  
Trinit. & fide Catholica.

Matth. 28.

Dominus cum dixit discipulis: Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Quæ quidem verba proferri debent distinctè, nihil omitendo, vel immutando; attente ac devote, statim ac infunditur aqua super caput baptizandi. Hoc non obstante ut ait Eugenius IV. in Decreto unionis in Concilio Florentino: non tamen negamus, quin & per illa verba: Baptizetur talis servus Christi, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, vel: Baptizatur manibus meis talis in nomine Patris, & Filii & Spiritus sancti, verum perficiatur Baptisma; quoniam cum princi-

*De Sacram. Baptismi. Cap. III. 67*

palis causa ex qua Baptismus virtutem habet,  
sit sancta Trinitas : instrumentalis autem sit  
Minister qui tradit exterius Sacramentum , si  
exprimitur aetus qui per ipsum exercetur mi-  
nistrum cum sancta Trinitatis invocatione,  
perficitur Sacramentum.

*Quæst. 2. Quanam forma utendum est cùm  
dubium est utrum ille qui Baptismum vult sus-  
cipere , jam fuerit baptizatus ?*

*Resp. Ut habet Innocentius III. relatus in  
Canone : De quibus dubium est , an baptizati  
fuerint , baptizentur his verbis præmissis : Si  
baptizatus es , non te baptizo ; sed si nondum  
baptizatus es , ego te baptizo.*

*Quæst. 3. Quid agere debet Parochus in  
Baptismo puerorum , qui fuerunt expositi ?*

*Resp. Respondeo ex Divo Carolo : Infans  
expositus , si illum baptizatum esse non consi-  
tet , baptizetur , hæc tamen verborum formu-  
la. Si tu es baptizatus , ego non te baptizo,  
Et si nondum es baptizatus , ego te baptizo  
Ecce. Quod quidem probatur primò authori-  
tate Divi Gregorii relati in Canone , ubi ait :  
Parvulos qui à parentibus subtracti sunt , Et Can. Parus-  
an baptizati sint ignorant , hos ut baptizare los. De Con-  
debeas secundum Patrum traditionem , si non secr. dist. 4.  
fuerit qui testificetur , ratio poscit.*

*Secundò probatur ex Concilio Carthaginensi  
relato in Canone : Placuit , inquit Concilium ,  
de infantibus , quoties non inveniuntur cer- Can. Placuit.  
tissimi testes qui eos baptizatos esse sine dubi- De Consecr.  
tatione testentur , absque ullo scrupulo esse dist. 4.  
baptizandos.*

*Denique sanctus Leo , Leoni Episcopo Ra-  
vennati scribens ait : Cùm itaque Baptismi , Can. Cum ita-  
sui nihil recordatur qui regenerationis est cu- que. De Con-  
pidus , nec alter attestari de eo possit qui sciat secr. dist. 4.  
consecratum , nec ille qui consecratur ; scimus*